

Hermann Lembke

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke/ I.U.D. & Cod. Professor, Ad Exequias Quas Filiolae ... Barbarae Gerdes/ Parentes moestissimi Hodie circa horam primam pomerid. paratas cupiunt; Omnes Omnium Ordinum cives Academicos amanter invitat

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447142>

Druck Freier  Zugang



Lemke, H.,
in **B. Gerdes.**

Rostock. 1655.

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HERMANNUS Lembke/
J. U. D. & Cod. Professor,
AD EXEQUIAS,

Quas
Filiolæ suæ suavissimæ ac scitissimæ
BARBARÆ Gerdes/
Parentes moestissimi

Hodiè circa horam primam pomerid.
paratas cupiunt;

Omnes Omnium Ordinum cives Acade-
micos amanter invitat.



ROSTOCHII,
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.
ANNO M. DC. LV.

PROGRANMA

1770

LECTOR

Director of the University of Rostock

BERNARDINIUS

Director of the University of Rostock

1770

Filialis

BARBARA

Director of the University of Rostock

1770

Director

Director of the University of Rostock

1770



ACTORUM

Director of the University of Rostock

1770



Stoicæ disciplinæ sectatores tūm omne perturbationum genus pravum, rationi adversum, viro sapienti inconueniens, ac à virtutis studio arcendum censuerunt; tūm verò præ cunctis Dolorem maximè damnabant, eumq; ab eximio virtutiq; dedito homine alienissimum esse volebant. Hinc cum in locum reliquorum *παθήων* facultates quasdam contrarias, rationi obscurandantes, surrogarent, easq; *ἰσπαθείας* (latine *constantias* dixeris) appellarent: *Doloris* loco nullum prorsus affectum Viro sapientiâ ornato conuenire posse asserabant; eam potissimum ob causam, quod *Dolor* ex mali cuiusdam perfectione scaturiret, homine autem cordato ac intelligente, quicquid malum aut triste foret, indignissimum esse crederent. Hoc fundamento nixi plurimi è *Stoâ* egregii Philosophi docuerunt, nihil magis à fortitudinis laude remotum, nihil fœdissimæ ignaviæ tam congruum esse, quàm calamitates & neces aliorum, etiam san-

gvinis vel amicitia arctissimis nexibus junctorum, luctu prosequi. Id quod admirando magis, quam laudando exemplo, è Græcorum sapientum numero haud postremus, *Bias Prienaus*, expressit, vel & illustravit. Cùm enim Patriam *Priene* ab hostibus occupatam, spoliis devastatam, conjugem crudeliter interfectam, liberis in servitutum abductis, domo incendio consumptam, omnibus fortunis exutus, & præter vitæ usuram nihil reliquum habens, *Athenas* profugeret, tantum abest, ut vel levissimum tristitiæ signum ediderit, ut potius, lætantium more, carmen canendo, ingensque animi gaudium ostendendo, iter tempusque omne insumserit. Quam ex re obviis fortè nonnullis, qui miseram hominis conditionem sortemque probè nossent, stupentibus, & quid effusior illa in tantam calamitatem lætitiæ sibi vellent, ignorantibus, cum alia de reliquis infortuniis immotæ minimèque fractæ mentis indicia ostendit, tum de uxoris necem ita regessit: Si qui, quod patriam, quod conjugem, domo, liberis, bonisque omnibus orbatum sim, aliquid meorum me perdidisse, idcirco contristari oportere dicunt; ij neque fortuna quid sit, sciunt, neque rectè de Philosophia sentiunt. Si conjugem meam hostes occiderunt, non absque Deorum nutu id factum esse certus sum, qui nascentibus singulis mox vitæ metas definiunt. Cur ergo ejus mortem
lamen-

lamentarer, si hanc illi vita periodum Dii fixerant?
Quod tanti vitam aestimamus, efficit, ut & mors no-
bis repentina, & intempestivè ac pramaturè à morte
circumventa vita videatur. Sed hac hominum va-
norum oratio est, cum Diis volentibus mors nos in-
visat, & nolentibus hominibus ultrò nobis vita va-
le dicat. Ita de conjugis morte, nec minùs ma-
sculè de reliquis calamitatum speciebus *Bias*. Ex
cujus animositate plurimis nata admiratio; non-
nullis vehemens prætereà æmulandi studium.
Sanè enim subsequitis temporibus, etiam in ipso
Ecclesiæ Christianæ gremio natos atq; educatos
reperire fuit, quos adeò ista mentis obfirmatio
juvaret, uti non minimam Christianismi partem
in eo sitam arbitrarentur esse, si propinqvorum,
nedum extraneorū obitum nullâ lacrymulâ aut
animi ad mæsticiam commotione prosequerentur.
Cæterum *Stoicorum* illa, & sequacium quo-
rumvis sententia, erronea, imò delira prorsus
est; humanitatem certè & naturam ipsam im-
pugnat. Hæc enim inter homines cognitionem
quandam constituit, eosq; certâ quadam lege
ad humanitatis officia mutuâ eaq; insitâ charitate
devinxit. Cum igitur cognitionis nulla ma-
jor vis, nec præstantius humanitatis munus exi-
stat, quàm gaudentibus læto applausu congra-
tulari; lugentibus condolere; næ illi, qui hanc
A 3 ipsam

ipsam fortunâ adversâ ^{omni} ^{feras} aut condolen-
tiam prohibent, hominem excedere, aut in-
fra hominem esse, imò, quod turpius est, na-
turam ipsam invitam insano atq; irritò conami-
ne expulsuri esse videntur. Nonnè in ipsis etiam
brutis innatas sympathias deprehendere est ?
nonnè in membris his nostris ? quorum uno
ægro, cætera, tanquam communi dolore tacta
ac simul afflicta, languescere continuò & labo-
rem fugere incipiunt. Quòd si sacrum codicem
in subsidium vocaremus, DEUS bone, quan-
ta ipse subministraret nobis refellendæ *Stoico-*
rum sententiæ adminicula ! Sed ipso labore
nunc quidem supersedemus, & pro cautelâ,
hoc unum adjicimus saltim : Nempè aliorum
obitum ita esse lugendum, ne ad nimium ramen
declinet tristitia, & excessus æquè hîc damnabilis
fiat, ac defectus quondam in *Stoicis* erat. Modus
est : qui uti omnium rerum est optimus, & tu-
ta cæterò qui, quæ inter nimium atq; minimum
ducat, via ; ita in dolore velex nostris ipsorum,
vel aliorum funeribus nato, sedulò cum primis,
studiosèq; tenenda. Flere jubet pietas ; ejulare ve-
tat subeundæ nobis omnibus mortis necessitas ;
quin & eorum, qui ultima fata impleverunt, feli-
citas. Lacrymandum est, sed ita, ut legis, quam
Author naturæ sanxit, observantiam condolen-
do


do contestemur; nec verò etiam divinæ voluntati obniti, atq; æterna gaudia & nunquam desituram quietem piè denatis invidere videamur. Hæc in mentem revocent quotquot ægerrimè habet præmaturus elegantissimæ puellulæ, BARBARÆ, ex hac vitâ discessus, cujus gratiâ superiora præfari nobis lubuit. Nata ea est A. 1648. d. 4. Aug. Patre quidem Dn. MARTINO GERDESIO, Cive ac Cerevisiario apud nos nec vulgari, nec indocto; Matre verò ANNA QUISTORPIA, fœminâ virtutum, quæ cum sexum commendant, splendore decoratissimâ. Avum paternum habuit Virum prudentissimum ac spectatissimum Dn. WINHOLDUM Gerdes/Reip. hujus Senatorem, dum viveret, gravissimum. Aviam paternam EMERENTIAM Prengers / Matronam honestissimam. Avus maternus ei extitit, Vir reverendæ dignitatis atq; excellentissimæ eruditionis, Dn. JOHANNES QUISTORPIUS, S. S. Th. D. ejusdemq; Profess. Facultatis suæ Senior, ac Eccles. Rostoch. Superintendens; qui ingens sui desiderium (nam *ex ætate* est) hodiernum omnibus nobis relinquit. Avia materna fuit Cognominis BARBARA Domanns / matrona inusitata virtutis, & singularis planè exempli; cui etiamnum, per DEI gratiam, superstiti vovemus,

mus, quicquid sibi felicitatis aut prosperioris
succellus apprecari unquam ipsa queat. Quum
in peccatis conceptam atq; natam filiulam
Baptismi sacro ac salvifico fonte regenerari,
CHRISTO Q; Servatori, & Ecclesiæ ejus in-
seri curassent Parentes optimi, ita deinceps
educare cœperant, uti jam tũm, & tantillâ ætate,
maximarum virtutum species haud obscure in eã
pellucet: Si vivere dedisset divina benignitas,
jurare liceat, nulli virginum secundam, suisq;
gaudio, honori atq; ornamento futuram fuisse.
Tantas parentum spēs, tantas eorundem delicias
lumbrici interceperunt, & adeò quidem in-
terceperunt, ut fœdissima animalcula eximiæ
animulæ spiritum nudiustertius intercluse-
rint, qvum 9. diebus antè lecto affigi cœpisset.
Casum Parentes decenter atq; ita ferent, ne
in oppositum *Stoicorum* vitium (quod supra
omnes monuimus) prolapsi, uti illi quon-
dam nihil, sic ipsi jam nimium lugere videantur.
Nos corpusculo extremum exequiarum hono-
rem delaturi, cum omnibus, qui jurisdictionis
sunt nostræ, (ut nemo ex his præstare detrectet
officium, studiosè rogo & moneo) in funere
ejus comparebimus, inq; eum finem hodiè circa
I. pom. in Æde B. virgini sacrâ conveniemus. P. P.
Dominic. Quasimodogeniti; h. e. 22. April.

Anno 1655.

28(0)90

do contestemur; nec verò etia-
rati obniti, atq; æterna gaudia
situram quietem piè denatis inv
Hæc in mentem revocent quo
habet præmaturus elegantiss
BARBARÆ, ex hac vitâ disce
superiora præfari nobis lubuit. N
d. 4. Aug. Patre quidem Dn. MA
DESIO, Cive ac Cerevisiario apu
ri, nec indocto; Matre verò ANN
PIA, fœminâ virtutum, quæ e
mendant, splendore decoratissim
num habuit Virum prudentissim
tissimum Dn. WINHOLD
Reip. hujus Senatorem, dum viv
mum. Aviam paternam EM
Prengers / Matronam honestiss
maternus ei extitit, Vir reverenda
excellentiſſimæ eruditionis, Dn.
QUISTORPIUS, S. S. Th.
Profess. Facultatis suæ Senior,
stoch. Superintendens; qui ingens
(nam *en à zhois* est) hodiernum omi
linquit. Avia materna fuit
BARBARA Domanns / ma
tæ virtutis, & singularis planè
etiamnum, per DEI gratiam, si



volun-
am de-
amur.
errimè
llulæ,
gratiâ
.1648.
GER-
vulga-
TOR-
com-
pater-
pecta-
rdes/
vissi-
IAM
Avus
s atq;
NES
emq;
Ro-
rium
is re-
omis
sica-
cui
ove-
mus,